



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 57. Declaratio Cleri Gallicani coram Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI. admittebantur, Noviodunensi Episcopo
 A.C. 1585. ceterorum nomine verba faciente: ve-
 rum Rex percepta eorum propositione
 ultra decies centena millia sibi oblata
 adhuc ducenta aureorum millia petebat,
 ad reliqua vero capita respondit, se cum
 suo Cancellario, & Senatus Præsidibus
 desuper deliberaturum: attamen Ordo
 Ecclesiasticus eundem Noviodunensem
 Episcopum ad summum Pontificem ab-
 legabat, ut hasce suppeditas unacum
 Parisiensi Episcopo a Rege Romam de-
 creto auctoritate Pontificia firmari cu-
 raret, Rex tamen nunquam permit-
 tere voluit, ut Cleri Deputatus eo pro-
 fici sceretur. Præterea in iisdem comi-
 tiis statutum, ut etiam beneficia a Je-
 suitis possessa taxationi subjicerentur,
 non minus ac illa Sacella, quorum re-
 ditus quinquaginta librarum summam
 excedunt, nequidem exceptis Noso-
 comiis, Virginum Monasteriis, Lepro-
 forum domibus &c.

§. LVII.

Declaratio Cleri Gallicani coram Rege.

*Att. du Cler- R*ursus adhuc alia ad Regem decerne-
 gé pag. 72. batur legatio, ubi Nicolaus de An-
 geleria Briocensis Episcopus perorare
 jubebatur, qui ab initio ferme eadem,
 quæ paulo ante Noviodunensis Episco-
 pus

pus exposuerat, a Rege postulabat, & **Sæcul. XVI.**
quidem primo, ut Concilium Tridentinum promulgaretur. II. Illud de re-
unione edictum executioni mande- *Mem. de la
Ligue tom. I.*
tur. III. Electionum jura restituan-
tur, si vero id Rex renueret, seli- *pag. 394.*
gantur Viri idonei, necnon Monasteria
in commendas dandi usus aboleatur.
IV. Appellationes ab usurpata juris-
dictione restringantur, vel abrogentur,
atque Ecclesiasticis sua privilegia tam
pro ipsorum personis, quam eorum bo-
nis concessa farta conserventur. V. De-
nique Ordo Ecclesiasticus redditus Urbis
Prætorio solvere non adstringatur: post-
ea idem Episcopus hæc addebat: „In-
„spiravit sane Deus Regiæ suæ Majes-
„tati, ut edicto suo subditos ad Eccle-
„siæ Catholicæ unionem revocari jube-
„ret: propriæ enim conscientiæ præ-
„ceptis eos ad veræ Religionis profes-
„sionem reducere tenetur, & ad hære-
„ticorum, schismaticorumque furorem
„reprimendum, necnon ad Christi Ec-
„clesiam ab hac peste liberandam tan-
„quam Ecclesiæ Protector obligatur,
„præcipue cum ab illo temporis mo-
„mento, quo hæresis in Franciæ Re-
„gno invaluit, ipsiusque Religionis
„Catholicæ basis concussa est, sub-
„diti ab obedientia Deo, & Ecclesiæ
„debita defecerint, eademque ex cauſa
„, a Prin-

Sæcul.XVI. „a Principis sui obsequio recefferint:
 A.C.1585. „porro experientia testis est, quod ad
 „frangendam hæreticorum contuma-
 „ciam nimium infirma sit Principum
 „benignitas, atque clementia: si vero
 „dissoluta Ecclesiasticorum vita populis
 „offensioni fuit, edicti executio ab il-
 „lorum Reformatione inchoanda, ac
 „summopere urgenda erit, quoniam
 „autem jam ipsum Concilium Tridenti
 „num cuncta, quæ ab hæreticis impug-
 „nantur, in sua Ecclesiæ Catholicæ do-
 „ctrina dilucidavit, decrevit, ac defi-
 „nivit, fane omnino necessarias requi-
 „rit, ut illius decreta promulgentur;
 „præterea si Regia sua Majestas electio-
 „num jura restituet, suam conscientiam
 „a gravissimo onere liberabit: Deo enim
 „rationem reddere tenebitur de omni-
 „bus malis, eorumque peccatis, qui
 „a Regia sua Majestate nominati pri-
 „mas Ecclesiæ dignitates indigne oc-
 „cupant: recordetur autem, quod eo
 „tempore, quo Franciæ Reæ sibi ad
 „Episcopatus, Abbatias, aliasque digni-
 „tates Ecclesiasticas nominandi jus ar-
 „rogabant, Merovingii nounisi per otto-
 „ginta, & Carolvingii per sexaginta
 „annos sceptrum tenuerint.„

Postea idem Briocensis Episcopus
 ita coram Rege prosequebatur: „ne-
 „cessè est, ut uncti a Domino honorem
 „suæ

„suæ dignitati, atque Ordini debitum; **Sæcul. XVI.**
„recipient, ac in suis exemptionibus, **A.C. 1585.**
„atque immunitatibus illæsi serventur;
„secus enim sui ministerii officiis tran-
„quille fungi, ac Deum pro Regis, po-
„pulique incolumente, necnon pro con-
„servatione Regni tranquille exorare
„haud poterunt: jam vero jurisdictione
„Ecclesiastica ob damnandas appellati-
„ones ab usurpata jurisdictione peni-
„tus eversa gemiscit: præterea notum
„sit Regiæ suæ Majestati, quod bona
„Ecclesiastica nec Regis, nec regii æ-
„rarii sint, prout tamen nonnulli Ma-
„jestati vestræ insinuare præsumperunt;
„sunt enim fidelium vota, pretium pro
„redimendis peccatis, pauperum patri-
„monia, & Ecclesiæ Ministrorum ali-
„menta, atque stipendia: hæc quoque
„bona, et si a Regibus dono data, alie-
„nari nequeunt, nihilominus viginti
„quinque abhinc annis ipsemet Rex ex
„horum bonorum redditibus ferme tri-
„ginta aureorum millions extorsit:
„præterea clausulæ, quæ in pactis an-
„no Christi millesimo quingentesimo
„octogesimo initis ab ipsamet Regia sua
„Majestate sanctæ erant, nondum ef-
„fectui fuerunt datæ, etiamsi Majestas
„sua fidem suam obstrinxerit, ac se illas
„servaturam regia fide juraverit.

His

Sæcul. XVI. His expositis Episcopus orationi suæ
A.C. 1585. finem imposuit perdemisse Regi suppli-
 cans, quatenus a suo unionis edictum
 exequendi proposito nullatenus recede-
 re, nullamque præter Catholicam Re-
 ligionem in Francia tolerare, necnon
 jurisdictionem Ecclesiasticam, atque
 Ecclesiæ immunitates, & libertates far-
 tas tenere vellet: denique rogabat, ut
 tandem ab immodicis exactionibus suo
 Clero imponendis deinceps abstineret,
 atque Ecclesiasticos a solvendis Pari-
 siensis Prætorii redditibus exoneraret,
 cum ejusmodi pacta utpote innumeris
 ex titulis irrita, & nulla, nequaquam
 subsistere valerent.

§. LVIII.

*Regis responsum ad expositas ra-
 tiones.*

*Actes &
 mem. du
 Clerge.*

Ceterum ad potissimos ex his articu-
 lis Rex responsum suum dedit, &
 quidem, dum Tridentinum Concilium
 recipi peteretur, hæc reposuit: „equi-
 „dem jam sæpius ab Ordine Ecclesia-
 „stico ad id sollicitatus fui: verum ex
 „congregatis nonnulli probe norunt,
 „quod præter temporum vicissitudinem,
 „quæ tum pacificationis edictis obsta-
 „bat, unacum Senatu meo quosdam
 „Præfides, ac Regi Senatus, Curiæ-
 „que Confiliarios convocarim, ac sæ-
 „pius